



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118294**

§. 93. Idem a Synodo approbatum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)

**Sæcul. XV.** *pravitatis extirpatione effectum sortiantur;*  
A.C. 1415. *istud sacrum Concilium Generale convoco, & omnia per ipsum agenda auctorizo & confirmo. Ex quibus satis aperte convocatione insinuatur.*

## §. XCIII.

*Diploma a Synodo approbatum.*

**A**bsoluta illius lectio Archiepiscopus Mediolanensis auctoritate Concilii dictum mandatum approbavit, & *convocationem, auctoritatem, approbationem & confirmationem nomine illius, qui in sua obedientia Gregorius XII. dicebatur, quantum ad ipsum spediat, admisit.* Utimur propriis Synodalium actorum verbis, ex quibus satis clare patet, hanc convocationem a Synodi Patribus haud alio consilio fuisse concessam, quam ut Gregorio condescenderent, proin illam convocationi jam antea Anno millesimo quadringentesimo decimo quarto factæ nihil omnino obfuisse, nec eandem tolerando, ulla tenus Oecumenici Concilii prærogativæ derogatum fuisse, quin potius, dum Gregorii convocationem confirmabat, eandem sibi denuo asseruisse. Excepit superius Diploma aliud decretum, quo abrogatae fuere omnes sententiae antea ab utraque obedientia occasione schismatis latæ, sicut etiam cunctæ excommunicationes mutuæ

mutuæ Joannis XXIII. & Gregorii XII. Sæcul. XV.  
 sancitum quoque est, ut Notarii in Instru- A.C. 1415.  
 mentis publicis hujus Sessionis nullam  
 de Romano Pontifice, aut Sede Aposto-  
 lica mentionem facerent, sed duntaxat  
 Annum Regni, qui erat quintus, Impe-  
 ratoris adscriberent. Omnibus ita di-  
 spositis Ragusinus Cardinalis surgens, ad  
 scamnum Purpuratorum recessit, quem  
 omnes dato pacis osculo medium inter  
 ipsos collocarunt, atque in Collegium re-  
 ceperunt.

### §. XCIV.

#### *Initium Sessionis decimæ quartæ.*

Imperator nonnisi absolutis omnibus istis *Ibid. p. 109.*  
 solemnibus recessit a loco Præsidis, or-  
 dinariam iterum sedem occupans. Car-  
 dinalis vero Vivariensis denuo Præsidem  
 egit, & re divina per Cardinalem Pisa-  
 num peracta, quidam Doctor, nomine  
 Theodoricus de Moustier, seu de Monaste-  
 rio sermonem habuit, sumpto themate ex  
 illis D. Joannis cap. 8. v. 12. verbis: *Qui*  
*sequitur me, non ambulat in tenebris.* In  
 eo Electorem Palatinum, & Carolum de  
 Malatestis tum præsentes magnificis ce-  
 lebrabat encomiis; Finito sermone, at-  
 que absolutis quibusdam precibus, quili-  
 bet suum repetebat locum, atque alia  
 Gregorii perlegebatur Bulla, qua Carolo